ex odore unguenti· Dicit ergo unus ex discipulis eius·
iudas scariothis· qui erat eum traditurus· Quare hoc
unguentum non uenit trecentis denariis· & datum
est egenis· Dixit autem hoc non quia de egenis per
tinebat ad eum· sed quia fur erat & loculos habens
ea quae mittebantur exportabat· Dixit ergo ihs·
Sine illam· ut in diem sepulturae meae seruet illud·
Pauperes enī semp habetis uobiscū· me autē n̄ semp habetis·

Cognouit ergo turba multa ex iudaeis quia illic est·
& uenerunt· non propter ihm̄ tantum· sed ut lazarum
uiderent quem suscitauit amortuis· Cogitaue
runt autem principes sacerdotum ut et lazarum
interficerent· quia multi propter illum abibant
ex iudaeis· et credebant in ihm̄·

In crastinum autem· turba multa quae uenerat
ad diem festum· cum audissent quia uenit ihs ihe
rosolimam· acceperunt ramos palmarum· & pro
cesserunt obuiam ei· et clamant· Osanna· bene
dictus qui uenit in nomine dn̄i· rex israhel·

Et inuenit ihs asellum· et sedit super eum· sicut
scriptum est· Noli timere filia sion· ecce rex tuus
uenit· sedens super pullum asinae

haec non cognouerunt discipuli eius primum·
sed quando glorificatus est ihs· tunc recordati sunt
quia haec erant scripta de eo· et haec fecerunt ei·
Testimonium ergo perhibebat turba quae erat
cum eo· quando lazarum uocauit de monumen
to et suscitauit eum amortuis· Propterea & obuiā
uenit ei turba· quia audierunt eum fecisse hoc signū·
Pharisei ergo· dixerunt ad semet ipsos· Uidetis quia
nihil proficimus· Ecce mundus totus· post eum
abiit· Erant autem gentiles quidam ex his qui
ascenderant ut adorarent in die festo· Hi ergo
accesserunt ad phylippum· qui erat abethsaida

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/mss/18-22-aug-4f/start.htm?image=00214
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/hab_mss18-22-aug-4f/0214